S-54/1

Hoc est translatum a carta originali per alfabetum diuisa fiamy
ter translatatum. In xpi nomine sit notum cunctis quod ego
Raymundus dei dignacione terrachonensis Archiepiscopus et to
tus Conuentus terrachonensis ecclesie donamus et assignamus
in tujtu pietatis et amore diujno Monasterio de serena in per
petuum omnes ecclesias castri de monte rubro et territorij eius
presentes videlicet et futuras sine omni exceptione: cum primi
cijs et oblacionibus et defunctionibus et cum omnibus juribus et
pertinentijs suis et cum instutucionibus ecclesiarum et clerico
rum: et ad ultimum cum omnibus que ad jam dictas eccles[i]
as pertinent uel pertinere debent aliquo modo: uel aliqua ra
cione temporalibus et spiritualibus: preter decimas quas cum
castro de monte rubro et territorio eius transigendo dedimus et
tradidimus dñe Sançie dei gracia Regine Arag. Comitisse bar
ch. Marchique prouinçie: retentis tamen et reseruatis tantum
archiepiscopo et ecclesie terrachonensi in perpetuum: conse
cracionibus ecclesiarum. ordinacionibus clericorum. et repre
sentacionibus capellanorum a Monasterio de serena institu
torum ibidem qui videlicet de manu Archiepiscopi curam re
cipiant animarum: nisi aliquid canonicum sibi obiectum fue
rit propter quod debeat remoueri: post quam remocionem
si quecumque canonice tunc fieri contigerit. institucio penes
Monasterium de serena resideat perpetuo et inmobiliter per

GOBIERNO DE ARAGON

seuexet secundum modum tamen superius comprehensum.

Actum est hoc nonus aprilis. Anno. M.° c.° xc.° viij. dominice incarnacionis.

Signum  Sancie dei gra Regin Arag com barch March prouicie. Signum Petri Reg Arag et Co mitt barch qui hec laudo et confirmo. Ita videlicet quod num quam uenjam contra predicta racione sponsalicij matris mee.

Sig num bonets dne Regin notarij.

Sig n dalmacij de Mello. Sig n bernardi de portella. Sig n Arnalds de siscario. Sig n petri latronis. Sig n Asallits. Sig n Guillelmj de Mello. Sig n fratris Arnal ds de claro monte. Petrus Ausonensis sacrista. Guillel mus ausonensis epc. De tolone Petrus signo sic sum qui testis.

Raymundus di gra terrachonensis Archiepiscopus. Sig n Jo hannis terrachonensis ecclesie prepositi. Ego Raymundus terra nonensis ecclesie sacrista. Sig n Arnalds presbiter. Sig n berengarij terrachonensis ecclesie camerarij. Sig n raymunds de linarijs. Sig n Johannis de sancta digna. Ego Raymundus Gujllelmj subscribo. Sig n bertrands pallares. Signum Petrj de manlleuo. Ego Johannes dertose presbiter. Ego Magister jacobus subscribo. Ego Gujllelmus clementis.

Ego Petrus de terrachona terrachonensis notarius hec scripsi.
et superscripsi in linea secunda ubi dicitur. et. et in vj. ubi di
citur Archiepiscopi die et anno prefixo.
PETRus de junta serene notarius Publicus qui hec transla
tauit et suum sig ñ posuit.

En las subscripciones de Dalmacio i Guillermo donde dize M̃llo ha de dezir C̃rllo que quiere dezir Crexello; esto es <u>Crexell</u> apellido catalan.